

**Sermo**

respicientes viderūt reuolutū lapidē  
**E**rat quippe magn9 valde. 7 introe  
 untes in monumentū viderūt iuue  
 nem sedentē a dextris cooperatū stola  
 candida. 7 obstupuerūt. **Q**ui dicit il  
 lis. Nolite expauescere. **I**hesum que  
 ritis nazarenū crucifixū. surrexit nō  
 est hic. **E**cce locus ubi posuerunt eum  
**S**ed ite dicite discipulis eius 7 petro  
 q̄ precedet vos in galileā. **I**bi enim vi  
 debitis sicut dixit vobis.

**Sermo liiij. de epistola.**

**P**ascha nostrū immo  
 latus est x̄ps. **E**cce nos qui  
 per totaz quadragesimā ab  
 stinuiamus: hodie ad paschales epu  
 las invitamur. **I**nvitat em̄ nos apo  
 stolus ad paschale convivium optime  
 quidem post quadragesimale ieiuni  
 um. deniq; 7 saluator post ieiunium  
 dignatus est esurire. 7 angeli misera  
 uerunt ei. vobis vero ad ministran  
 dum suum mittit apostolū. **E**pulari  
 gitur 7 gaudere nos convenit. q̄ domi  
 nus noster mortuus fuerat 7 reuixit  
**M**icit athleta noster. 7 ideo tripudiā  
 dum est. pugnabant duo **F**ortis im  
 pegit in fortem: 7 ambo pariter cor  
 ruerūt. ut habetur **I**here. quadrage  
 simo sexto sed fortior surrexit. **S**ur  
 rexit dominus de sepulchro. supera  
 uit hostem. repropiciavit patres. **A**c  
 cedamus ergo ad paschales epulas i  
 mitatas **U**nde videndum est que sint  
 iste epule. qualiter sint parate. 7 qua  
 liter a nobis edende. **E**pule iste sunt  
 carnes agni paschalis. scilicet corpus  
 7 sanguis x̄pi. **U**pe quo ero. xij. **E**  
 rat agnus absq; macula mascul9 an

**quingagesimusquartus**

**A**gnus dicitur x̄pus: non so  
 lum p̄pter innocentiam. q̄ neminem  
 lesit. nulli sua iura subtraxit: sed etia; p̄  
 p̄pter patientiam. quia se expoliari.  
 flagellari. cruciari; permisit sine recla  
 matione. **U**nde ysa. liij. **Q**uasi ag  
 nus coram condente se obmutet. 7  
 nō aperiet os suū. **I**here. xi. **E**go  
 quasi agnus mansuetus: qui portat  
 ad victimā. **S**ine macula dicitur nō  
 solum p̄pter peccati immunitate; q̄  
 nec peccatum commisit: sed etiam p̄pter  
 ois boni plenitudinem. 7 non solum  
 quo ad habitū: sed etia; quo ad actū.  
**S**ed etia; simul tutū habuit esse actū  
 cuiuslibet virtutis in summo. **U**nde  
**J**ob. iij. **N**ō ad mensurā dat ei de  
 us spiritū. **V**asculus dicitur p̄pter in  
 superabilem fortitudinē. q̄ mortem  
 moriendo destruxit. inferni claustra  
 c̄fregit. 7 demones expugnauit. **U**nde  
 de apoca. **D**ignus est agnus qui oc  
 cilus est aperire librum 7c. **A**nnicu  
 lus dicitur p̄pter excellentem humili  
 tatem. **U**nde de saul dictū est. i. **R**e  
 gum. **F**ilius vnius anni erat saul cū  
 regnare cepisset. i. quasi puer vnius an  
 ni. **E**t de x̄p̄sto dicitur ysa. liij. **N**e  
 siderauimus eum despectū 7 nouissi  
 mum viroz. **N**unq; homo qui in re  
 bus rationabilib; prim9 erat nouissi  
 mus voluit esse. sicut summus deus.  
 qui primus est. 7 sine modo per assū  
 ptam h̄manitatē fieri dignatus est  
 nouissimus.

**U**nde videndū est qualiter epule iste  
 sint parate. **S**unt autē asse igne passi  
 omis in ara crucis. **U**nde canit eccle  
 sia. **C**uius corpus sanctissimū in ara  
 crucis torridum: q̄ et feruentissima  
 caritate oblatum est p̄o redemptione

p. iij.